UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. F. Felicis Potestatis Panormitani Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia ... Examen Ecclesiasticum

Potesta, Felice

Coloniæ, 1712

Cap. VII. De Matrimonio invalido revalidando.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40060

Visual Library

4240 Nec ex Epikeja; quia Epikeja eſt fundata in præſumptione rationabili de benignitate Summi Pontificis, quæ non poteſt in caſu præſumi, cùm conſtet de expreſſa voluntate contraria, etiam circumſtantiis omnibus expoſitis.

Tum quia talis Epikeja in caſu non habet locum; quia agitur de neceſſitate privata duorum plebejorum; minimè de publica: nec ſumus in caſu de articulo mortis, de quo ſolùm loquitur Pontius, qui affirmativam ſententiam tenet.

Item; quia periculo dicto privato poteſt occurri per auctoritatem Principis, qui mulierem in tuto loco conſervet, & cognatos terreat, &c.

4241 Inſuper Epikeja non habet locum; quia illi reſiſtit Trid. *ſeſſ. 24. cap. 5. de refor.* quod vult, ut [in ſecundo gradu nunquam diſpenſetur, niſi inter magnos Principes, & ob publicam cauſam] Reſiſtunt etiam Sacri Canones, Concilia Generalia, quæ cùm ſint edita quoad bonum publicum, non eſt in eis diſpenſandum ob bonum privatum.

COMMISSARIUS BULLAE CRUCIATAE.

4242 EX facultate à Summo Pontifice ipſi conceſſa poteſt in foro conſcientiæ dumtaxat diſpenſare in impedimento affinitatis contracto ante matrimonium, dummodo ſit occultum, & alter conjugum bonâ fide, & ignarus impedimenti contraxerit; & quòd de nullitate prioris conſenſûs priùs certificati, tacitâque (ſi videbitur ad evitanda ſcandala) cauſâ nullitatis, matrimonium inter ſe, etiam ſecretè, de novo contrahere poſſint, prolemque ſuſceptam, & ſuſcipiendam exinde legitimam decernendo. Hæc Bulla.

4243 Pro qua diſpenſatione danda eſt aliqua eleemoſyna in ſubſidium Cruciatæ, juxta qualitatem perſonæ. Tamb. *lib. 8. de matr. tr. 2. cap. 5. qui nu. 15.* refert praxim D. Franc. Salerno Commiſſarii Sede vacante, qui diſpenſationem cuidam pauperi conceſſit cum onere dandi tarenos ſex, qui ſunt Julii quinque, in ſubſidium Cruciatæ; addit quòd potuiſſet minus, ſi diſpenſandus pauperior fuiſſet.

4244 Et quia diſpenſatio conceditur pro foro conſcientiæ tantùm; ſequitur, quòd ſi poſteà impedimentum publicetur, tunc petenda eſt à Pontifice diſpenſationis extenſio, & interim pro foro externo ſunt conjuges ſeparandi; quod eſt ſervandum, quando eſt in quolibet alio impedimento occulto, in foro conſcientiæ diſpenſatum, ſi poſteà promulgetur. Eo autem tempore publicationis ſi conjuges rem habeant, non peccant peccato fornicationis, quia ſunt verè conjuges, ſed peccato ſcandali, ſi adſit.

Denique poteſt Commiſſarius Cruciatæ diſpenſare ad petendum debitum: ut num. 4302.

CAPUT VII.

De Matrimonio invalido revalidando.

4245 SI Matrimonium fuit invalidum ex defectu conſenſûs, vel rationis occultûs: ſi defectus fuit ex una tantùm parte, altera inſciâ, ſufficit, quòd illa tantùm conſenſum renovet ſignis externis, abſque eo quòd conjugi inſciæ manifeſtetur, ad matrimonium revalidandum; quia conſenſus alterius non ſolùm habitualiter, ſed etiam moraliter & virtute permanet, quoniam uſus matrimonii exercet virtute illius conſenſûs ſemel præſtiti, & non jam (ut ſupponimus) retractati. Tamb. *lib. 8. de matr. tr. 4. cap. 1.* 5. ex D. Thoma, & aliis quamplurimis apud ipſum.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

4246 Si defectus fuit ex parte utriuſque, ique debet novum conſenſum præſtare. ariantem debet per verba de præſenti modo; dicat vir: *Angor ſcrupulis de no- matrimonii valore, ideo ſi aliquis defectus* *iterum duco te in uxorem*, Vel interro- poterit *me diligis*; illa reſpondeat: *utique* ſubjungat: *angor ſcrupulis, &c. ideo ſi ali- defectus fuerit, vis ex nunc me in mari-* illa reſpondeat *volo*, tunc ipſe: *etiam ego in uxorem*: & maximè ſi copula affectu ali ſequatur: *v. num.* 3950. & 5.

247 Si fuit invalidum ob aliquod impe- entum juris Eccleſiaſtici, v. gr. cognatio- affinitatis; & tunc impedimento priùs diſpenſationem ſublato, renovent ex que parte conſenſum.

tunc pars ignara debet priùs certiorari ullitate ſaltem in genere; quia conſenſus ex utraque parte illegitimus, & cum ig- antia circa ſubſtantiam, quæque dedit contractui, Scotus *in 4. d. 30. qu. 1. litt.* Villal. alii apud Cardenas *diſ. 2. num.* accedit praxis S. Pœnitentiariæ, ubi in mula litter. ejus dicitur: *Ut dictâ muliere ullitate prioris cōſenſus certioratâ, ſed ita latoris delictum nuſquam detegatur, monium cum eadem, & uterque inter ſe ſecrete ad evitanda ſcandala contra- diſpenſes.*

248 Ex quo tria colliges, 1. Quòd con- certiorari prius debeat de nullitate Quòd ſufficiat certioratio nullitatis in ge- non in ſpecie, 3. Non eſt opus, ut ta- validatio fiat coram Parocho, & teſti- impedimentum ſit occultum; benè publicum; quia cum matrimonium publicè contractum (licèt invalidè) Eccleſiæ coram Parocho, & teſtibus, inconvenientia, ob quæ Trid. *ſeſſ.* 24. *de refor. cap.* 1. præſentiam Parochi, & teſtium præſcripſit. Tamb. *cit.* §. 3. qui ultra quamplures Doctores, refert ſic decrevaſſe B. Pium V. Sacram Congr. Card. & Rotam Rom. Quibus accedit praxis.

4249 Plures graves Doctores apud Cardenas *cit. num.* 670 tenent, non requiri talem certiorationem, ſed ſufficere, ut ſola pars conſcia impedimenti conſenſum renovet. At Cardenas *cit. à num.* 673. & Buſemb. *lib. 6. tr. 6. cap. 3. dub.* 3. docent hac ſententiam utpotè minus tutam, & tenuis probabilitatis, non eſſe practicandam, niſi in caſu extremæ neceſſitatis puta ſi pars conſciâ prudenter timeat aliam partem diſſenſuram, & inde oriri graviſſima mala ſibi, aut proli inimicitias, ſcandala & mortē. Vel ſi, fœmina affinitatem contraxit cum viro, eo quia priùs rem habuerat cum illius fratre, & ſi id revelet, timet mortem, aut perpetuam inimicitiam, quæ mala non poſſint aliter evitari, quàm omittendo hujuſmodi certiorationem. Ita illi.

Addit Cardenas *n.* 676. quòd in hoc 2. Caſu conjux conſcia poterit ignoranti dicere: *Se, non habuiſſe conſenſum*; & quidem non mentitur, quia conſenſus ratione impedimenti fuit nullus, *v. à. n.* 3618

CAPUT VIII.

De indiſſolubilitate Matrimonii.

4250 MAtrimonium, tam fidelium, quàm infidelium, eſt indiſſolubile, & perpetuum, etiam jure naturæ, & divino; quia ordinatur ad tria bona Matrimonii, quæ de jure naturæ perpetuitatem important; *v. num.* 3959. Unde Christus ait Matth. 19. *Quod Deus conjunxit, homo non ſeparet.* Et Paulus 1. ad Cor. 7. *Mulier alligata eſt legi quanto tempore vir ejus vivit*: *v. num.* 4112.

4251 Matrimonium baptizatorum conſummatum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN